

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Statuta Ruralis Capituli Linzgoviensis

Marquard Rudolf <Konstanz, Bischof>

Constantiae, 1699

Caput VII. De electione, officio, & salario camerarii, secretarin, &
deputatorum

[urn:nbn:de:bsz:31-129236](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-129236)

etorum Confratrum cedunt Decano, ex cujuscunque Confratris defuncti suppellectile accipiet Decanus superpelliceum, & ex Bibliotheca librum, qui tamen pretium 6. fl. non excedat. sicut denique mortuo aliquo Parocho Capitulari per se vel per alium substitutum infra mensem Ecclesie viduatæ providet, ita beneficij fructus pro rato temporis percipiet, sic tamen, ut proportionatam etiam expensarum partem in se recipiat.



Caput VII.

De Electione, Officio, & Salario Camerarij, Secretarii, & Deputatorum.

DUm officium Camerarij quocunque

que modo va
bet, ut locum
Dominis Capit
que convocet
pellanos sibi a
jungendo, al
fidelitatem &
tionis actu ser
& inde omni
colligat con
fraudeque ca
um, per maj
ris promulget
latam manum
mante, quod
cio rite fung
tiam in Electi
Deputatorum
Porro Cam
gatio in gene
Synod. tam m
quam minorib
rarij, secundu

que modo vacaverit, Decano incumbet, ut locum, diem, & Conventum Dominis Capitularibus indicet, eosque convocet, & 2. scrutatores, Capellanos sibi à Dominis Deputatis adjungendos, assumat, qui data manu fidelitatem & silentium in hoc Electionis actu servandum promittant: & inde omnium eligentium suffragia colligat, conferat, & si Electio dolo, fraudeque careat, novum Camerarium, per majora vota electum, ceteris promulget, recipiens ab eo stipulatam manum loco juramenti affirmante, quòd fidelis esse, suoque officio ritè fungi velit. Hoc ipsum etiam in Electione tam Secretarij, quàm Deputatorum observabitur.

Porro Camerarij officium & obligatio in genere clarè patet ex Constit. Synod. tam majoribus, p. 2. tit. 4. quàm minoribus tit. de officio Camerarij, secundùm quas Camerarius se regula-

cedunt Decano,
fratris defuncti
Decanus super-
noteta librum,
non excedat.
liquo Parocho
alium subli-
clesia vidua-
fructus pro
sic tamen, ut
expensarum

II,
Officio, &
y, Secre-
torum.
erarij quocun-
que

regulabit, & si quandoque Decanus infirmitate, necessariâ absentia, vel alia iusta ex causa impeditus fuerit, hujus, si tempus patiatur, consilio & præscitu usus, vices supplebit, præsertim si mora expeditionem requirat, ut damnum avertatur

Census annuos, consolationesque, nec non & pia legata, & quæcunque sive in frumentis sive pecunijs quocunque modo Capitulo obvenerint, fideliter ad notam summat, colligat, & diligenti calamo conscribat, ac de collectis, & expensis annuatim Decano & Deputatis rationem reddat.

Ex inductis quibuscunque emolumentis solvat pro Electione Decani, ejusque confirmatione, & litteris compulsorialibus sumptus: dein Fiscalatus officio Constant. pro consolationibus ad festum S. Andreae Apostoli, vel quando pedellus SS. Olea receptum Constantiam pergit, 21. fl. 4. Rr. Reve.

Reverendissim
cono 12. fl. p
accipiet quiet
cano & alio n
sius viduatæ
videbit vel
nomine desti
proventibus
ratum frue
debit Cam
sis Capitula
num habeat
das, si quid
bus, opignora
pituli expen
scitu & cons
tiam Mercen
lua, ideo in
olim assignat
consolationi
servet 2. flore
annuo Con
tias habeat

Reverendissimo Domino Archidia-
cono 12. fl. pro quibus solutionibus
accipiet quietantias. Defuncto De-
cano & alio nondum Electo Camera-
rius viduatæ Ecclesiæ per mensem pro-
videbit vel ipse, aut alium suo
nomine destinabit, & eo finito
proventibus mensuris secundum
ratum fruetur. Præterea provi-
debit Camerarius maturè de Bur-
sis Capitularibus, ut eas tum ad ma-
num habeat Confratribus distribuen-
das, si quid notabile in annuis censi-
bus, opignorationibus ad usum Ca-
pituli expenditur, non fiat sine præ-
scitu & consensu Decani. Et quia et-
iam Mercenarius dignus est mercede
sua, ideo in refusionem laborum jam
olim assignatum est, ut ex pecuniis
consolationum & Bannalium sibi re-
servet 2. florenos sicut Decanus. In
annuo Conventu Capitulari præsen-
tias habebit majores reliquis, Mortuo

E

tuo

tuo uno ex Confratribus Camerarius ab hæredibus accipiet 34 Kr. 2. hl. & si interfuerit funeri, reliquis exequijs, & bonorum divisioni, ex Bibliotheca librum, qui tamen pretium 3. fl non superet.

Secretarius, cujus est obire munus Notarij, solertem diligentiam adhibebit, ut protocollo Capituli vel ipso die, vel postridie, Capituli inscribat, & notet, quæ in Conventu Capitulari tractantur notatu digna; ut in perpetuam rei memoriam, & Capituli, & posterorum directionem inter litteraria monumenta asserventur, uti &, si quando necessitas exegerit, authentica conficiet instrumenta, ex protocollo Capituli desumpta. Camerarij defuncti munus obibit [si tamen hoc ipsi à Decano demandetur] donec alius eligatur. Decano etiam erit à consilijs, & quæ ipsi ab eo scribenda committuntur, diligenter notabit,

toit, de co
silentium ob
extra ordin
sam ex ætari

Cùm Dec
tam Capituli
etiam, cujus
ter, quàm pe
ex locorum
poterit, qu
ctu Paroch
rant nimidi
deputatoru
vita Paroch
commissoru
suborto aliq
num matur
scandala sup
Deputator
casualiter em
Decano & Ca
rum actis, &
totum Capit

tabit , de consilijs , & secretis debitum silentium observabit , ac tandem pro extra ordinarijs laboribus recompensam ex arario Capituli percipiet.

Cùm Decano valde difficile sit totam Capituli sphæram habere perspectam , cujus constitutionem non aliter , quàm per visitationem annuam , ex locorum incolis & accolis rimari poterit , qui tamen non rarò pro affectu Parochorum defectus aut exaggerant nimium , aut extenuant. Hinc deputatorum munus sit de fama & vita Parochorum suæ regiunculæ commissorum sedulò invigilare , ac suborto aliquo sinistro rumore Decanum maturè informare , ut sic in ortu scandala supprimantur.

Deputatorum etiam munus erit casualiter emergentia negotia cum Decano & Camerario expedire , quorum actis , & factis ita stabitur , ac si totum Capitulum fuisset congregatum.

tum. Inter deputatos ab antiquissi-
ma jam consuetudine sine ulteriori E-
lectione primum semper locum obti-
nuit Parochus in Uberlingen / cujus
(uti & reliquorum Deputatorum mu-
nus est) suæ commissæ regiunculæ so-
lenter invigilare, defectus, vel circa
res, vel personas, compertos, veluti
negligentias in Catechesi, aut cura, &
officio pastorali Decano nuntiare, qui
iisdem medebitur per se, aut Con-
stantiam deferet. Deputatorum iti-
dem officium erit, ut Capitularibus
ratiocinijs, quas Camerarius alternis
quibusvis annis dare solet, diligenter
intersint, revideant, calculent, &
demum si absque defectu repererint,
subscribant, pro labore quilibet ex æ-
rario Cameræ florenum accipiet.

Infirmos Confratres fraternè visi-
tent, & pro viribus tam in tempora-
libus, quàm Spiritualibus eisdem suc-
currant, proximè etiam Decano in-
timent,

timent, idem
fructu moria
gener attenda
regiltris aut be
lietur.

Antecessor
cum in 4.

1. Uberlingen

Seefeld /

menhauser /

2. Wulend
wang / Köf

Weildorff

Hagnau /

hausen / S.

Mareldorff

Leitkirch / S
hausen / J
gulis hilce R
gilabunt depu
ta incustodita
habebit Secre
nus deputati

timent, idem faciant, si quis ex districtu moriatur. Stante obitu diligenter attendant, ne quid de mortui registris aut bonis distrahatur aut alienetur.

Antecessores nostri Capituli districtum in 4. regiunculas diviserunt.

1. Uberlingen / quæ sub se continet. Seefelden / Pfaffenhoffen / Mimmehausen / Eipperatsreüthe / Alshaim.

2. Pfulendorff / continet Link / Herdawang / Röhrenbach / Frickingen / Weildorff.

3. Mörspurg continet Hagnau / Immenstaad / Rippenhausen / Kluffteren / Fischbach.

4. Mareldorff continet Bermatingen / Leutkirch / Roggenbeuren / Deggenhausen / Jrendorff / Siggingen. Singulis hisce Regiunculis singuli invigilabunt deputati. Ne autem quarta incustodita relinquatur, ejus curam habebit Secretarius, qui simul & munus deputati erga illam exercebit.